



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 10. An possit præscribi circa onera Missarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

preces & eleëmofynas annexas anniversariis docet *Pasq.* q. 1170. contra *Tamb.* quia de illis non loquitur prohibitio, uti nec de istis Missis, ad quas sine stipendio congruo se homo privatus obligasset; id enim esset in præjudicium Ecclesiæ & successorum, *Pasq.* q. 1174. An autem Fratres Minores vi cujusdam privilegii possint etiam nunc reducere Missam, examinat idem *Pasq.* q. 1182.

122. Q. 10. An possit præscribi circa onera Missarum. R. Dixi de hoc l. 4. à n. 852. Hoc adde, quod Beneficiati, Capellani &c. non videantur posse præscribere, quò minùs applicent fructum Sacramentum Fundatoribus aliisque, ad quorum intentionem legere tenentur ex stipendio singulis Missis respondente, nam obligantur hunc semper in singulis Missis ob tale stipendium applicare, ergo non apparet, quomodo præscribere possent, cum singula stipendia, si debeant fieri ipsorum, postulent applicari singulas Missas, ita *Pasq.* q. 1194. & satis insinuaturn est l. 4. n. 833.

123. Q. 11. A quo & quomodo taxandum sit stipendium pro Missa. R. §. 1. Non est illicitum pacisci de stipendio pro Missa, & quando hoc videtur prohiberi, intelligi debet de pactione, per quam vendatur Missa pro pretio, *Gob.* n. 560. Possuntque etiam divites Sacerdotes, qui aliunde ex proventibus Ecclesiasticis sustentationem habent, exigere stipendium pro hoc ministerio Missæ, neque hoc prohiberi fuit, nisi quando vergebat in præjudicium pauperum, uti habet communissima cum *Pasq.* q. 905. *Adversa* q. 11. l. 17. §. secundò. *Gob.* n. 569. contra *S. Anton. Rich. Silv. Caj. Arm. Tol.*